

CASPARI MANZII I.C.

Cancellarij Neo-Palatini

TRACTATUS

DE

SERVITVTIBVS

PERSONALIBVS

Usufructu, Usu


Habitatione

Operis servorum

Et quibusdam alijs.

*IVXTA ORDINEM LIBRI*

*SEPTIMI DIGESTORVM.*



INGOLSTADII,

In Officina Typograph: Ederiana

excudebat JOANNES OSTERMAYR,

ANNO M, DC. LVII.



ILLUSTRI GENEROSIS-  
SIMO VIRO AC DO-  
MINO,

D. BERTRAMO  
WESTPFENNING LIBE-  
RO BARONIDE  
SCHAIDT

SERENISSIMI DUCIS  
NEOBURGICIS &c. CONSILIARIO  
*intimo, Camerario, Ducatus Montensis  
Marescallo, nec non supremo aulae  
Praefecto.*

CASPARVS MANZIVS J.C.  
Salutem & Prosperitatem.



*Onsuevi à multis annis,  
Illustris & Generosif-  
sime Domine, libellis  
meis in publicum emissis,  
Viros de Repub: & Prin-  
cipibus meis, bene meritos vel honorare, vel*


*) ( 2 saltem*

DE USUFRUCTU, ET  
QUEMADMODUM QUIS  
utatur fruatur.

## Titulus I.

## SUMMARIA.

1. Quot modis servitus in jure accipitur?
2. Et quemodo hoc loco?
3. Quid sit servitus? 4. Unde dicta?
5. Quotplex? Quid personalis? 6. Quid re-  
alis?
7. Quid ususfructus? 8. Quotplex.
9. Quid causalis? 10. Qua ratio eius.
11. Quid formalis?
12. An divisio ista subsistat?
13. De quo hoc loco agatur?
14. Quid ususfructus formalis? 15. Quotu-  
plex?
16. In quibus rebus constituitur? § 21.
17. An in statua vel imagine? 18. Prædijs  
sterilibus? 19. Numismate? 20. Vestimen-  
to? 22. Nominibus?
23. Quibus modis ususfructus constituitur &  
acquiratur?
24. Quomodo conventionem? 25. An mediatè  
A vel

 **U**ERITUR † PRIMO: quot  
modis servitus in jure accipia-  
tur, & de qua hoc loco agatur?  
Ad primum **R**ESP. Servitutem  
accipi duobus potissimum modis, primò  
pro servitute hominis, quâ servus Domino  
suo proprio servit, de qua agitur in *L. 2. §. 1. ff. de stat. hom.*: Secundò pro jure in re  
aliena, secundum quod servus alienus, aut  
res aliena nobis vel prædio nostro servit,  
*Jul. Pac. h. n. 2.* nostro idiomate est *Dienst-  
barkeit*/ de hac servitute accipi debet regu-  
la illa: res sua nemini servit, *L. uti frui §. in  
pr. ff. si ususfr. pec. L. iure communi 25. ff. de  
servit. urb. præd. id est, jure servitutis, sed  
bene jure dominiij V. Vesenb. n. 4. ff. de usufr.  
Rudinger. lib. 1. de feud. v. 22. n. 12.* Tertid  
accipitur servitus aliquando abusivè, pro  
onere ac molestia, quam dominus soli pati-  
tur, hoc sensu etiam superficies, vel jus su-  
perficiarium servitus dicitur *L. si rib. 86.  
§. fin. ff. de leg. 1. Harp. §. 2. n. 35. inst. de ser-  
vit. Weizenegg. diff. 1. cap. 3. n. 23.*

Ad secundùm † **R**esponderetur: servitutem  
hoc loco in secunda significatione accipi,  
uti mox plenius apparebit.

**Q**UÆRITUR † SECUNDÒ: quid sit servi-  
tus, & unde dicta? Ad primum **R**espondet